



Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio
fidei & doctrinæ Electorum, Principvm Et Ordinvm Imperii,
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam
Confessionem amplectuntur**

Lipsiæ, 1606

X. Cum autem huius articuli doctrina eò, vt, vbi tota persona Mediatoris [...] quæri debeat & apprehendi poßit, sciatur, præcipuè directa sit, ideo liber Concordia, perinde atq[ue] omnes alij S. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-35443

Etiam unitatem utriusque substantiæ, ut ab illo tempore, quo in beatæ virginis utero, Verbum caro factum est, nec Deum illum sine hoc, quod est homo, nec hominem sine hoc liceat cogitare, quod est DEVS.

Ibidem: Exprimit quidem sub distinctis operationibus veritatem suam utraq; natura, sed neutra se ab alterius connexionem disiungit, nihil ibi ab *inuicem vacat*, sed suscepit totum hominem DEVS, & ita se illi atque illum sibi *conseruit*, ut utraque alteri nature inesset, & neutra in alteram à sua proprietate transfiret.

X.

Cum autem huius articuli doctrina eò, ut, ubi tota persona Mediatoris & deus ipse queri debeat & apprehendi possit, sciatur, præcipue directa sit, ideo liber Concordiæ, perinde atq; omnes alij S. Patres, nos non ad ligna aut lapides aut aliud quid, sed eò, quò nos Christus in & cum Verbo suo, remittit & deducit.

Cyrillus lib. 12. in Iohannem cap. 32. In quatuor partes vestimèta Christi diuisa sunt, & tunica sola indiuisa mansit, quod mysticæ cuiusdam rei signum esse dixerim. Nam quatuor orbis partes ad salutem reductæ, indumentum Verbi, id est, carnem eius impartibiliter inter se partitæ sunt. In singulis enim

par

partibiliter transiens vnigenitus & animam
& corpus eorum per carnem suam sanctifi-
cans impartibiliter atq; integrè in omnibus
est, cum vnus vbicq; sit nullo modo diui-
sus.

Theophylactus in caput 19. Iohannis:

Τὸ τοίνυν ἅγιον σῶμα Ἰ̄ Χριστοῦ ἀμέρισόν ἐστι τῷς
τέσσαρσι Ἰ̄ κόσμῳ μέρεσι μειζόμενον, καὶ διαδιδόμενον,
κατακερματίζομεν. γὰρ ἐν τοῖς καθ' ἕνα καὶ τῷ ἑκάστῳ
ψυχῶν ἀγιάζων καὶ Ἰ̄ σώματι, ὁμοίῳ δὲ διὰ τῆς ἰδίας
σαρκὸς ὁλοκλήρως καὶ ἀμερίτως ἐν ὅλοις ὄσιν, ὑφ' ἀρχῶν
πανταχῶ, ὕδαμάς γὰρ μεμέρισται, καὶ δὲ καὶ ὁ Παῦλος
βοῶν.

Igitur sanctum Christi corpus INDIVISI-
BILE EST, & diuiditur & communicatur
in quatuor partes orbis, distributus enim
singulis & vnuscuiuscq; animam sanctificans
cum corpore, PER CARNEM SVAM, vnige-
nitus & integer & indiuisus in omnibus est,
EXISTENS VBIQVE, nunquam enim diui-
sus est, sicut & Paulus clamat.

Chrysostomus Homil. 17. ad Ebr. pag.
16. (& Ambrosius 10. cap. ad Hebraeos)
ἐπειδὴ πολλαχῶ προσφέρεται, πολλοὶ Χριστοὶ; μηδα-
μῶς. ἀλλ' εἰς πανταχῶ ὁ Χριστὸς καὶ ἐν ταῦθα πλήρης
ὢν καὶ ἐκεί πληρῆς, ἐν σώματι. ὡσπερ ἔν πολλαχῶ προσ-
φερόμεν. ἐν σώματι ὄσι, καὶ ἔ πολλα σώματα, ἔτω καὶ
μία δυσία. ὁ ἀρχιερεὺς ἡμῶν ἐκεῖνός ὄσιν, ὁ τῷ δυ-
σίαν τῷ κατέρυσαν ἡμᾶς προσενέγκων. ἐκεῖνῳ
προσφέρομεν καὶ νῦν, τῷ τότε προσενεχθεῖσαν, τῷ

ἀνάλωτον: Ἐτο εἰς ἀνάμνησιν γίνεθ' Ἐ τότε ἡγομέ-
 νος. Ἐτο γὰρ ποιεῖτε, φησὶν, εἰς ἐμὴν ἀνάμνησιν, ἢ ἄλλω
 θυσίαν, καθάπερ ὁ ἀρχιερεὺς, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν αἰ-
 ποῦμεν. μάλλον ἢ ἀνάμνησιν ἐργάζεμεθα θυσίας.

Nunquid, quia in multis locis offertur,
 id est multi Christi sunt? Nequaquam, sed v-
 nus ubique est Christus & hic plenus existens
 & illic plenus vnum corpus. Quemadmo-
 dum enim, qui in multis locis offertur, v-
 num corpus est & non multa corpora: ita
 etiam & vnum sacrificium. Pontifex autem
 noster ille est, qui hostiam mundantem nos
 obtulit, ipsam offerimus & nunc, quæ tunc
 oblata quidem, consumi non potest. Hoc
 in memoriam eius fit, quod tunc factum est.
 Hoc enim facite, inquit, in mei recordatio-
 nem. Non igitur aliud sacrificium quemad-
 modum summus sacerdos, sed idem semper
 facimus. Magis autem recordationem sacri-
 ficij operamur.

*Nota con-
 tra Ponti-
 ficium sa-
 crificium
 propitia-
 torum
 Missæ.*

EPILOGVS.

HÆc testimonia priscorū Eccle-
 siæ doctorum, lector Christianæ
 religionis amās, nō eo cōsilio huc ap-
 posita sūt, quòd fides nostra autori-
 tate hominū velut fundamēto nita-
 tur, (cū verā Ἐ saluificam fidem

nullus